

Q. B. V. D.

DISSERTATIO PHILOSOPHICA

CONTRA

**ÆTERNITATEM
MUNDI**

QUAM

*Suffrag. Ampliff. Senatu Philof. in Regia ad Auram
Academia,*

PRÆSIDE,

VIRO MAXIME REVERENDO atque CELEBERRIMO

**D^{NO.} DOCT. CAROLO
MESTERTON,**

Log. & Metaph. PROFESS. Reg. & Ord.

Publico bonorum examini subijcere constituit,

JONAS HEN. MENNANDER, Joh. Fil.

V. D. M.

TAVASTENSIS.

In Aud. Major. Die XIV. Novemb. Anno MDCCLIX.

H. A. M. C.

ABOÆ, Impressit DIRECT. & TYPOGR. Reg. Magn. Duc.
Finland. JACOB MERCKELL,

VIRO Admodum Reverendo & Præclarissimo
Dno. Mag. ARONI LIMATIO,
Pastori & Præposito Ecclesiarum, quæ colliguntur in
Padasjoki & Cuhmois, Gravissimo, omni vene-
ratione ad tumulum usque colendo.

VIRO Plurimum Reverendo atque Præclarissimo
Dno. GUSTAVO ALLENIO,
Pastori in Cangasala longe Meritissimo, Fautori
certissimo.

VIRO Plurimum Reverendo nec non Præclarissimo
Dno. ISRAELI HARTMAN,
Pastori Ecclesiæ, quæ Christo colligitur in Siundo,
dignissimo, Patruï loco jugitur colendo.

VIRO per quam Reverendo atque Clarissimo
Dno. MATHIÆ ANTONIO,
Vice Pastori in Cangasala solertissimo, Fautori
optimo.

Nolite rogo obtestorque, Patroni, Patruï & Fautores
temerariæ audaciæ me, incomtis hisce ac omni
biendæ causa, Nomina Vestra, præfigere ausum, signi-
ficiorum mihi collatorum multitudo, ut his levi ad-
Vestrum prodirem, Vobisque in pignus gratissimi
gnemini, Patroni indulgentissimi, levidense hoc mu-
fortuna mea, meliora Vobis offerre, non permittat.
latium, diu sospites felicesque vivatis, assiduis pre-

NOMINUM

cultor hū-
JONAS HENRICUS

VIRO plurimum Reverendo & Præclarissimo
Dno. JONÆ MENNANDER,
Vrdialensium Pastori Meritissimo, Patruo omni
reverentia semper colendo.

VIRO plurimum Reverendo atque Præclarissimo
Dno. Mag. GABRIELI HARTMAN,
Pastori in Karislojo Vigilantissimo, Patruo loco
semper suspiciendo.

VIRO plurimum Reverendo atque Præclarissimo
Dno. Mag. ENGELB. RANCKEN,
Pastori in Sahalax fidelissimo, Fautori dignissimo,
Indulgentissimo.

VIRO per quam Reverendo & Doctissimo
Dno. ANDREÆ MENNANDER,
Sacellano in Pälkäne Meritissimo, Patruo quovis
honoris cultu perpetim prosequendo.

honoratissimi, propensissimi, ea, quam commereo,
plane nitore destitutis pagellis, spendoris lucisque am-
ficare nota. Stimulabant enim me, favoris ac bene-
modum penicillo adumbratis lineolis, in conspectum
animi eas consecrarem. Oro igitur & obsecro, di-
nuscum sereno vultu adspicere. Novistis ipsi, quod
Ut vero in commodum Ecclesiæ Vestrorumque so-
cabor suspiriis

VESTERORUM

millimus
MENNANDER,

Regiments Commissarien wid Eastwastehus Läns
Infanterie Regimente
Adel och Högachtad
Herr CARL HELLENIUS.

Samt
Landt-Räntmästaren i Eastwastehus och Nyslunds Läner
Adel och Högachtad
Herr ANDERS HELLENIUS.

Mine Gunstige Herrar och Synnerliga Synnare.

Et är wäl omöjligt, at med få rader kunna upräkna the wälgjerningar, som J, Mine Herrar, emot mig ädagalagt. Men, det wore ock et ofelbart prof, af ringa åsat wärde på undfångna wälgjörningar; om jag them plat förtiga wille. Jag utbeder mig förthenskul, wid närwarande tillfälle få offenteligen betygga, at itheras mängd och storlek förtjena, en art af ärtkänsla, som ej för än i grafwen bör uphöra. J Herr Regements Commissariens wärda hus har jag lärdt glömma mina swårigheter, hela fem år niutit barna rätt och sedt med nöje mit wäl beskrämjat. Mine Herrar, uptagen thesa ringa blad til et teckn af mit wördnads ifulla och tacksamma hjerta; dem jag med all högachning Eder upoffrar. At för öfrigt, J, mine Herrar, samt Edra kåre anhörige må af Förshynen, erfara alltidns andelig ock lekamslig wälsignelse, är them oförfalskade önskan, hwari jag med beständig högachning förblifwer,

Mine Gunstiga Herrar och Synnerliga Synnares

Ödmjukt tjenare,
JONAS HEN. MENNANDER.

I. N. 7.

§. I.



X eo, quod DEus potentia creatrice ab æterno gaudeat, consequens non est, ut hunc mundum ab æterno creaverit. *Aristotelis, Averrois, Procli* aliorumque ex *Ethnicis* errorem, de æterna mundi existentia, quia ex sacris literis melius non fuerunt edocti, iis condonamus libenter: sed inter Christianos ex verbo DEI edoctos magni nominis Philosophos inveniri, qui defendunt res creatas a DEO ab æterno produci potuisse, est utique, quod cum eorum fama in orbe erudito conciliari nequeat. Recensionem eorum qui legere cupit, evolvat Reveren. Doct. Ribovii Erläuterung der Wolffischen Methaphysic Cap. I. §. 5. ejusdemque institutiones Theologiæ Dogmaticæ, Sect. I. Cap. VII. pag. 821. Veritas quamquam semper sibi sua virtute constat. error ta-

men suas gloriose mentitur rationes, quæ iis sapientissime imponunt, quæ Divinum contigit ingenium & ampla scientia. Non igitur existimandum est, commentitias quorundam de æterno quodam mundo sententias fictis destitutas esse flosculis, quin multis potius suffultas opinionum commentis, perpetuo quasi nexu cohærentibus; quas vero explorare hisce pagellis, prohibet tum institutum meum, quod aliorum tendit, tum aliæ etiam disvadent, quæ subunt rationes haud leves, brevitatem ubique svadentes. Sed enim nominum splendore oculos nostros perstringi non patimur: nos contra omnes asserimus, mundum ab æterno creari non potuisse, nec existisse.

§. II.

Mundus non potuit esse ab æterno in eo statu, in quo jam est, quia ejus partes non sunt ab æterno; quod sic probatur: primo, mare nunquam fuit sine fluxu & refluxu, sed neque fluxus neque refluxus fuit ab æterno; quod sic probatur: vel fluxus solus fuit ab æterno, vel solus refluxus; vel uterque; si solus fluxus fuit ab æterno, ita tamen ut aliquot horæ duntaxat defuerint, siquidem ab initio fluxus ad initium refluxus sex horæ tantum ordinariæ intercedant; & sic æternum & non æternum sex horis, duntaxat sejungentur, quod absurdum est. Si uterque fuit ab æterno, vel simul vel successive fuerunt ab æterno; non simul, quia mare

re

re accedit ad terras in fluxu & recedit ab iis in refluxu; at impossibile est ut, mare simul & eodem tempore accedat & recedat. Non etiam successive, quia duo æterna non possunt esse nisi simul, atque adeo unum non potest esse post aliud, cum æternum nihil habeat prius; at fluxus & refluxus non possunt esse simul; ergo fluxus & refluxus non possunt esse ambo æterni, atque adeo nec mare.

§. III.

Eodem modo probatur solem non fuisse ab æterno, si philosophemur de sole respectu illuminationis nostri hemispherii & hemispherii antipodum, sicut philosophati sumus de mari, respectu fluxus & refluxus. Idem dicendum est de luna respectu novilunii & plenilunii, de tempestatibus anni, de diebus & noctibus, aliisque rebus successioni obnoxiiis.

§. IV.

Si dies & noctes fuerint ab æterno & supponamus diem hodiernum tenere locum ultimum, respectu omnium dierum & noctium præcedentium, sequeretur plures esse dies quam noctes, & non esse plures, quod est contradictorium; plures quidem, quia in tali casu omnis nox erit inter duos dies, & omnis dies non erit inter duas noctes, scili-

scilicet hodierna dies, quam supposuimus tenere ultimum locum respectu omnium dierum & noctium præcedentium; Non esse vero plures, quia si in tali casu dies separarent noctes, unitate seu una die scilicet hodierna ad minimum eas separarent, quod tamen falsum esse jure nostro existimamus. Si in tali casu dies omnes separarent noctes omnes una die, sequeretur die ejusmodi sublata, esse æquales, at sublata ejusmodi die non sunt æquales, quia ea die sublata plures sunt noctes quam dies, eo quod tunc omnis dies reperietur inter duas noctes & non omnis nox reperietur inter duos dies, cum ea die sublata plures sunt noctes, quam dies, eo quod tunc omnis dies, cum ea die sublata, nox quæ ipsam præcedebat, teneat ultimum locum respectu omnium dierum ac noctium præcedentium. Quod si supponamus noctem tenere locum ultimum respectu omnium dierum & noctium præcedentium, sequeretur plures esse noctes quam dies et non esse plures ob eadem rationes.

§. V.

AB æterno homines si fuerint, & perpetua generatione alii aliis successerint, sequitur dari numerum infinitum hominum, qui hæcenus extiterunt; si enim certus esset eorum numerus & inde determinatus, darentur primi, qui aliquando in-

incepissent, darentur secundi, tertii & hodie ultimi; ubi autem est primum & ultimum, ibi est initium & finis, & per consequens non est æternitas, quæ est duratio carens principio & fine: sed numerus hominum, qui hætenus exstiterunt non est infinitus; ergo homines non fuerunt ab æterno. Minor sic probatur, non potest dari numerus major numero infinito, sed datur numerus major numero hominum, qui hætenus exstiterunt, puta numerus oculorum, digitorum, Capillorum, animalium & sic porro, ergo numerus hominum, qui hætenus exstiterunt non est infinitus. Major probatur, hoc modo: Numerus minor superatur a majori, atque adeo infinitus numerus minor superatur ab infinito majori, quod autem superatur, terminatur & finitur ubi superatur; quod vero terminatur & finitur est terminatum & finitum, & quod est finitum non est infinitum. Vid. Dero- donis physicam in part. 2. p. 56. seqq.

§. VI.

THesin nostram *Pererius* in *Physica* sua Lib. XV. Cap. XII. variis argumentis impugnare voluit. *Si impossibile est, inquit, creaturam produci ab æterno, ista impossibilitas provenit, vel ex parte creatoris, vel ex parte Creationis, vel ex parte creaturae. Sed nihil horum vere impossibilitatem importat, ergo non est impossibile creaturam produci ab æterno. Impossibile esse, ratione DEI creatoris, ut mundus*

dus aut creatura ab æterno produci possit, exinde
 contra *Pererium* concludimus; tum quia DEus non
 potest producere aliquid sibi coæternum, tum quia
 agit DEus ex electione; ideoque inter electionem
 & effectum aliquam durationem oportet intercede-
 re, tum quia creator adæquaretur creaturæ.

§. VII.

Pergit *Pererius* hac instantia suam sententiam
 probare. *Quia, inquit, in Divina Trinitate
 Pater vere produxit Filium, cum tamen credamus Filium
 esse coæternum Patri.* Sed vero hæc instantia *Pere-
 rii* promit ac prodit impietatem & blasphemiam.
 Quis illum docuit sic argumentari, e productione
 æterna Filii DEI, ad productionem æternam mun-
 di? profecto si quid hæc instantia probare vellet, o-
 portet statuat, Filium DEI a Patre produci tan-
 quam creaturam, ut sit paritas in argumento;
 nam mundus creatura est: si ergo potuit ab æter-
 no creari mundus, quia potuit ab æterno produ-
 ci Filius, aut Filium DEI oportet produci crea-
 turam, sicut est mundus, aut mundum ut
 DEum, sicut est Filius DEI, alioquin non pro-
 cedit argumentum. Sed vero, ponamus ad ocu-
 los pulcherrimæ hujus argumentationis vim plane
 nullam. Productio Filii DEI est opus ad intra,
 manens in essentia & substantia Deitatis & æter-
 nitatis, inde sequitur Filium DEI esse unum cum
 Patre, creatio vero mundi, sive productio creatu-

ræ est opus ad extra, non manens in DEO, sed
 transiens extra DEum ad creaturas, quæ non sunt
 unum cum DEO creatore suo. Insignis itaque hic
 est elenchus parium. De qua unquam creatura dixit
 DEus; quod de Filio dicit, *Ego hodie genui te Ps.*
II: 7. Filius ab æterno producit patri consubstan-
 tialis, ergo mundus etiam ab æterno si produci
 posset, consubstantialis DEO foret. Filius Patri per
 omnia est coæqualis, creatura immenso & infinito
 intervallo a creatore est remota. Quare ineptum
 est, immo impium, quod sic argumentatur *Pererius*,
 cum assumit non repugnare a parte DEI, ut mun-
 dum aut creaturam aut aliquid possit producere si-
 bi, coæternum, quia produxit Filium, qui sit sibi
 coæternus. Mundum esse & produci DEO coæter-
 num, DEI naturæ est contrarium, cui proprium est
 & incommunicabile attributum, æternitas, qua-
 re ipsi quoque competit sincerus cul-
 tus solique æterna

GLORIA.



Perquam Reverende Domine Auctor, &
Præceptor longe Dilectissime!

Summam & multo suavissime præcordia mea demulcentem, de honestissimis conaminibus Tuis, perquam Reverende vir, & Præceptor indulgentissime, percipio voluptatem. Gratulor Tibi immo summe gratulor de præclarissimis, qui Te certissime jam manent, honoribus Academicis. Deprædico, & cuicumque hæc Tua videre contigerit mortalium, nota facio, Tua, Præceptor longe carissime, merita in me collata, maxima & prorsus paterna. Veneror Te, uti præter alios, per providam Summi rerum Moderatoris curam, divinitus mihi concessum, per quinque jam fere annos, puerilis ætatis ductorem, literarumque & morum, qui ad beatiorem ducunt vitam, magistrum longe solertissimum. Quanta me, tenebræ mentis funestissima & alia mala, quibuscum per deplorandam communem nostrorum mortalium sortem, sum natus, misellum condemnave-
rint miseriæ, tanti omnino per omnes, quotquot illi DEI beneficio mihi erunt, provectionis meæ ætatis annos, Tua, Præceptor honorande, in illis depellendis, prætiî habebò studia. Tot laudibus per totam vitam extollam, in me ad meliorem frugem perducendum, collocatam Tuam, industriam & molestissimos labores. Placidos desuper, Tibi ex imo voveo pectore, & lætos ad vota per totum vitæ curriculum, annos!

Ita gratulari debuit & voluit,

CAROLUS NIC. HELLENIUS.